Sereniſſime ac Potentiſſime Rex
Domine Domine Clementiſſime

N 12

Cum omni Submiſſione et Veneratione ad Sacram Regiam Majeſtatem pro remonſtratione afflictionum noſtrarum venimus, quæ Nos affligunt pro Solamine et Levamine noſtro ad Conſiderationem Sacræ Regiæ Majeſtati porrigimus.

Verba Decreti

Auditis partium Controverſiis pro et contra illatis

1.

Generalis hoc poſitio (: auditis Partium Controverſiis pro et contra illatis :) futuro tempore latè explicari poteſt, in Cauſa principali fuiſſe, cum tantummodò de exceptione munimentorum agitabatur.

Ad futuram Judiciorū Cadentiam, juxta Formulam Regiminis Menſ: Octobr: Annô præſenti celebrandam, pro quo termino etiam extra Cadentiam in Judicijs celebrandis, absq; ulla intimatione et ſubmiſſione Cauſæ per Plenipotentem comparere tenebuntur.

2.

Etiamſi Sacræ Regiæ Majeſtati placuerit hujus rei Controverſias pro futura Cadentia audire: merè tamen Contradictoriè præter Terminum Ordinarium juxta Formulam Regiminis quoq; Terminus extraordinarius et quidem absq; innoteſcentialibus conceſſus maximoperè cum poenali Clauſulâ Cauſæ amittendæ: cum palam ſit neq; Diſtrictus Pilſenſis Incolarum Actiones ad extraordinarios Terminos pertinere, neq; rei identitas (: quæ etiam Jura publica Regni concernit :) enucleata ſit.

Pretensi Possessores Hypothecarii Bonorum Episcopatus Curoniensis.

3.

Nobilitas Piltinensis (: universo sub quo Nomine, quilibet Nobilium trahitur :) insueto et praejudicioso (Titulo (: Pretensi Possessores Hypothecarii Bonorum Episcopatus Curoniensis :) intitulata est: quae intitulatio contra vim Pactorum publicorum curvit, vigore cujus illi justus Titulus justaq́ Possessio, quam anteà dudum ante accessum ad Poloniam habuerat, attribuitur.

Et Nobilitas Piltinensis.

4.

Nobilitas, quâ Nobilitas illegitimè planè ad hanc Actionem adstringitur, cum Reverendissimus et Illustrissimus Episcopus coram Throno Regio ipse confessus sit, haud aliter tanquam Magnus fidelisq́ Senator Regni coram Republica libenter fatebitur, nihil Juris contra Nobilitatem habere, cum Jura Nobilium fide publicâ munita sint.

His perspectis praegnantissimis Rationibus supplicatur cum omni Submissione Sacra Regia Majestati

185

Vestra, quatenus Sacra Regia Majestas dignetur eousq; non consentire extraditionem Decreti ex Cancellaria suâ, quousq; cum Amplissimo Senatu gravitatem rei consultaverit.

Sacræ Regiæ Majestati Vestræ
Domini Domini Nostri

Humillimi Subditi.

Varsavia die 7 Martij
Annô 1713.

Adamus Casimirus Kosciuszko
Duc: Cur: Ablegatus mp
Ulricus Behr deputatus Piltinensis
Joannes Eberhardus â Brucken Deputatus Piltinensis

Supplicatio ad S. R. M[...]
D. Deputatorum Croa[...]
27 martij 1715